

primum animaduersiones Stephani ipsae omissae sunt: deinde quae in Prolegomenis de vita poëtae,<sup>10</sup> et de editionibus horum odariorum variis, disputantur,<sup>11</sup> ea multo diligentius, et accuratius, a Barnesio, et a nobis met ipsiis in superiore Praefatione, exposita sunt\*: denique varietas lectionis, quae adiecta comparet,<sup>12</sup> neque plena est, et vix tribus coniecturis propriis Thomae Valpergae, Calusitani, iisque leuissimis,<sup>13</sup> aucta. Sed longe melius de his poëmatiis, eorumque lectoribus, meritus est Iosephus Spaletius, Romanus, eo, quod illa laminis aeneis incisa e codice Vaticano ante hos duodecim annos Romae edidit.<sup>14</sup> Hic codex, qui e bibliotheca Palatina in Vaticanam venit, nuncque eius tertius, et tricesimus, codex Graecus numeratur, in membranis formae maxima, saeculo circiter decimo, scriptus est, et, praeter alia opuscula Graeca plura,<sup>15</sup> continet Anthologian Constantini Cephalae, cuius caput quintum decimum exhibet octo foliis<sup>16</sup> odaria Anacreontia, sed ordine ab eo, qui nunc in libris editis est, diuerso, vnde sexaginta, vel potius duo, et sexaginta.<sup>17</sup> Haec igitur codicis istius folia octo laminis

a 3

10. c. 1. — 4.

11. c. 5. — 11.

\* Amadutius, Romanus, is, qui a. 1786. 4. edidit Parmae capita characterum ethico um Theophrasti περὶ φιλοπονησίας, et περὶ αἰσχογέρδιας, anno superiore misit epistolam ad Bodonium, typographum, qua commentarius de Anacreonte, huius odis in editione Bodonianna praemissus, emendatur, et suppletur. Sed hanc epistolam nobis nondum contigerat inspicere.

12. p. 79. — 100.

13. Vid. odar. 24, 7.

14. Index operis splendidi est, odaria scripta sunt in codice isto

<sup>10</sup> Αγαρέοντος Τητίς Συμποσίου ἡμέρα μεταβια Anacreontis Teii Coniuialia semiambia. Romae a. 1781. Praefatis annuentibus. Repetitum est formulis literarum vulgaribus bennio post in eadem vrbe.

15. Haec opuscula diligenter recensentur a Bruncquo Praefat. ad Analect. P. 1. p. 9. f. De fatis bibliothecae Palatinae breuiter exposuit Schurzfleischius in notitia bibl. principalis Vinariensis p. 12. f.

16. p. 676. — 691.

17. Haec duo, et sexaginta,

odaria scripta sunt in codice isto